



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Aduentus Christi quadruplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

hoc ut eam tanquam seipsum amaret, eo quod de ipso facta esset. Unde Adam a somno excitatus dixit.

Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea &c. Propterea dicebat Paulus; Viri debent diligere

Eph. 5. uxores suas ut corpus suum. Secunda, quia noluit eam formare de pede, ne a viro contemneretur, sed de costa ut sciret eam sibi esse sociam.

Gen. 2. Unde Dominus deus dixit; Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Et nota (et est tertia ratio) quod non de capite eam formavit, ne

Hieron. dominaretur viro. Unde Hieronymus ait. Dominus non de pede, sed de costa formavit mulierem; ne a viro contemneretur, non de capite ne nimis uellet dominari. Quartum, quare viri debent diligere uxores suas, quia uxor patrem, & matrem, & alios propinquos suos propter uirum suum relinquit. Unde infideliter agit, si hanc mulierem non amet.

Aduentus Christi quadruplex.

Io. 16. **P**rimus est in carne. quem Christus nobis declarans dicebat. Exiui a patre, et ueni in mundum. Quod expressius Ioannes ex-

INSTITVTIO. 12

ponens, attestatus est ueritatē hanc
 quando dixit. Et uerbum caro factum
 est, & habitauit in nobis. cuius
 cōuersationē Propheta Baruch no-
 bis declarans inquit; Post hoc in
 terra uisus est & cum hominibus
 conuersatus est. Secundus est in mē-
 te. Vnde dicebat Christus. Si quis
 diligit me, sermonem meum serua-
 bit, & pater meus diliget eum, &
 ad eum ueniemus & mansionem ap-
 ud eum faciemus. Et apud Reuela-
 tiones Ioannis legimus. Ego stō ad
 ostium & pulso &c. Tertius est in
 morte, de quo dicitur in Matthæo.
 Vigilate quia nescitis qua hora Do-
 minus uester uenturus sit. Apud
 Apocaliptim quoq; dicitur. Si ergo
 non uigilaueris, ueniam tanquam
 fur, & nescies qua hora ueniam ad-
 te. Quartus in iudicio. Sicut dice-
 bat Esaias. Dominus ad iudicandum
 uenerit cū senatoribus populi sui.
 Et Malachias quoq; dicebat. Acce-
 dam ad uos in iudicio, & ero testis
 uelox &c. Et ipsemet seruator sic
 loquebatur. Cum uenerit filius ho-
 minis in sede maiestatis suæ, & om-
 nes angeli eius cum eo &c.

Ioan. 1.

Baru. 3.

Ioā. 14.

Apo. 3.

Mats 24

Apo. 3.

Esai. 33.

Mal. 3.

Mats 24

druplex.

quē Chri-
 s dicebat.
 ni in man
 bannes ex.